

18. Quatuor nimirum γνώριμων<sup>I.</sup> universam  
rituum Ecclesiasticorum naturam describens, γνώριμα  
quorum primum est, ut sine peccato servari pos-  
sint, hoc est, ne sint impij. interna.

19. Hujus generis olim fuerunt sacra Moloch,  
Ierem. 19. 5. Sacra Priapi. 1. Reg. 15, 13. 2. Paral.  
15, 16. Hodie vero sunt Pontificia mutilatio Cœ-  
ne Dominice: Conceptio votorum de fovendo per-  
petuo calibatu, nondum explorato Continentiæ  
dono: Item Calvinistarum licentia, in mutandis  
Symbolis sive Elementis Sacramentalibus, quæ  
sunt pars substantialis Sacramentorum.

20. Hæ traditiones, quocunque tandem fuce  
tegantur, quia tamen & verbo DEI litem mani-  
festè intendunt, & pietatis nervos incidunt, im-  
piæ prorsus sunt censenda, ac ex albo & censu re-  
rum verè indifferentium expungenda.

21. Alterum κριτήριον sive γνώριμα<sup>II.</sup> est,  
ut ritus, qui in Ecclesia tolerari possunt, profint,  
sive, sint utiles ad tranquillitatem. γνώριμα

22. Cui vicinum est tertium, ut nimirum spe-  
ctent ad bonum ordinem in Ecclesia conser-  
vandum. γνώριμα<sup>III.</sup>

23. Quo respexisse videtur Apostolus, omnia ju-  
bens in Ecclesia fieri εὐχρημόνως καὶ εὐτάκτως  
decenter & bono ordine: 1. Cor. 24, 40.